

permiscent, etiam si eorum alteri legitimo toro fuerit copulata, pena ultimi supplicij puniri debere; & quod idem sit in viro, qui sciens patrem, aut filium, vel fratrem suum cum muliere aliqua rem habuisse, ipse etiam eandem mulierem carnaliter cognoscere non erubuerit. Et quamuis incestus committatur eum aliqua specie fornicationis, puta cum adulterio, siue stupro, non debet puniri pena mortis de iure communi, licet eadem sit pena incestus, & adulterij, ut dixit text. in l. si quis viduam, ff. de questio. tamen pena in adulterio fuit augeta per text. in l. quamuis, la secunda, C. de adult. non autem in incestu; unde cum in incestu non sit alterata, remanet eadem pena, quae erat introducta per rex. in d. l. si quis viduam, & sic aequiparatio quam facit Glof. in l. si adulterium cum incestu, ff. de adult. videtur procedere de iure digestorum, ita in specie dicit Ang. in dicta lege si adulterium, refert, & sequitur Alex. in cons. 2. 19. col. 2. vol. 6. & Bermon. in allegato tract. de concub. in tit. de incestu, nu. 15. verum sed advertendum est, ubi dicit hanc opinionem esse veriorum, & aequiorum, quia ubi agitur de correctione iuris, non debet fieri extensio per subauditum intellectus de casu expresso ad casum non expressum, etiam quod eadem, vel alia ratio vertatur, & secundum istam opinionem iudicatum fuit per Reg. consilium Neapolit. ut attestatur Franc. in decis. 378. vol. 2. & ita etiam sentire videtur Senatus Mediolani, cum diversimode puniat in cestuosos secundum exempla per D. Clarum hic posita, & quibus penis sint puniendi patres, qui cognoscunt proprias filias, & filij matres, aut nueras, vel concubinas patris, vel alumnus nuericem, aut illi, qui cognoscunt sorores, aut alias vxoris suae consanguineas per modum for-

in loco prealleg. Bermon. de concub. fol. 87. vers. sum modo. De iure autem canonico in clerico pro crimine incestus est pena depositionis. Et hanc opin. sequuntur communiter DD. ut attestatur Didac. in epit. super 4. decret. f. 91. num. 3. Vide qua dixi supra, s. Farinacio, vers. sed quero. Si vero committitur e contra-hendo incestas nuptias, tunc punitur iuxta formam anth. incestas nuptias, C. de nuptijs. Ego vidi in facti contingenti per Senatum diversimode puniri incestuosos. Na Margarita Cella pro incestu commisso cum sororio suo in facti fuit fugari, 17. Nouemb. 1548. P. N. Et Comina de Raynerio, falsa se cu genero suo carnaliter commisisse, pariter fuit fugata, 15. Martij 1550. P. N. Et Vincentius Malduvus, qui facebatur cognauisse carnaliter eius priuignam, fuit tantummodo condemnatus in pena statuti pecuniaria, 24. Iunij 1554. A. C. Quidam autem Io. de Corfio, qui filiam suam amorum 16. violauerat, fuit furcis suspensus 6. Octobr. 1548. P. N. Et refert Pappo li. 22. tit. 9. arresto 7. quod quidam notarius, qui carnaliter cognouerat matrem, & filiam, fuit per parlamentum Tbolose ultimo supplicio affectus 9. Nouemb. 1548. Et ibid. arresto 8. refert, quod fuit ad trirames perpetuas condemnatus, quidam, qui in vxore duxerat quandam mulierem cuius nepotem prius grauidam reddiderat.

Et scias, & quod dispositio d. anth. incestas nuptias, quantum imponit panam confiscationis bonorum, non est hodie sublata, ex dispositione anth. bona damnatorum, C. de bon. profert. Et haec est commun. opin. ut dicit Boer. decis. 264. num. 12. Quinimod contrahentes incestas nuptias, ipso iure amittit dominium bonorum suorum: neque vlla sententia, aut declaratio requiritur. Ita tenet glof. in dict. anth. incestas nuptias, in verb. Mox. Et est com. opin. ut dicit Bermon. de concub. f. 84. num. 2. & seq.

Quero nunquid dispositio d. Anth. incestas nuptias, lo-

cum habeat tantummodo in nuptijs, quae sunt incestae secundum ius civile, an autem etiam in ijs, quae sunt incestae secundum dispositionem iuris canonici. Resp. In hoc articulo varie fuerunt Scribentium opin. Aliqui enim tenuerunt, quod habet locum etiam in nuptijs, quae sunt incestae de iure canonico, licet non sint incestae de iure civili. Et hanc dicit esse communem opin. Dec. cons. 158. nu. 1. circa fin. quem refert Diaz, in pract. crimin. can. cap. 78. & pract. Conrad. fogl. 376. num. 9. & Didac. in epit. c. 6. s. 8. verb. nuptiae incestae super 4. decret. num. 18. relatus, & ipse per Villalob. in sua collecta communium opin. lit. N. Bello. consilio 84. numer. 5. Aliqui vero tenuerunt contraarium, quod scilicet non habeat locum nisi in nuptijs incestis de iure civili, & sic quae dicebantur incestae tempore conditae illius legis. Et hanc opinionem dicit esse communem, & probabiliorem, & magis consonam veritati Foller. in pract. crimin. can. fogl. 63. post num. 95. ubi ait, quod Dec. qui dixit opin. Abb. esse communem, deceptus est. Certè negari non potest, quin magna sint auctoritates hinc inde, quas et recenset Foller. in loco praalleg. Ego vero, si casus contingeret, libentius adhaerem opi. contra Abb. quae mitior est, & benignior, quam et credo esse in puncto iuris veriore, nihilominus (ut dixi infra li. 7. s. opinio) in istis casibus, in quibus est varietas opi. & in quibus sunt ex utraq. parte Doctores attestantes de communi, ante omnia recurrendum esse puto ad consuetudinem, & videntur secundum quam opi. solitum sit iudicari. Et illa est sequenda: quia Consuetudo optima est legum interpret. & c.

Item quero, an dispositio d. anth. locum habeat solummodo in nuptijs proprie incestis ratione consanguinitatis, an autem et in nuptijs largo modo incestis, s. in utilibus, vel illicitis, quia cum cognata spirituali, vel Iudaea, seu infidelis, & huiusmodi. Resp. gl. in ead. anth. in gl. 1. tenuit, quod habeat locum in quibuscunque nuptijs illicitis. Sed certè contrarium tenent communiter DD. ut ait Salic. in ead. anth. incestas, n. 4. quem refert Dec. in d. cons. 158. post nu. 1. vers. & hoc confirmatur. Haec dicit esse com. opin. Boer. in dec. 264. nu. 13. Pena enim sunt mollienda, non autem extendenda.

Præterea incestas nuptias scienter contrahentes sunt ipso iure excom. ut est tex. in clem. eos, de cons. & affin. & declarat Gemin. cons. 71. qui in facti contingenti ita consuluit.

Sed quid si aliquis contrahat matrimonium cum consanguinea sub conditione, si summus Pontifex dispensauerit, nunquid tale matrimonium valebit? Resp. in hoc articulo varie sunt Scribentium opin. nam Innoc. in cap. super eod. de cond. appo. tenuit quod non. Et hanc opin. dicit esse communem. Aret. in l. apud Iulianum, s. constat. col. 3. ff. de

nicationis, aut in figura matrimonij, vide Boer. in decis. 318. ubi plenè Baiard.

d De iure autem canonico. ] Farr. d. par. 1. n. 34. & 35. 53. vsq. ad 57. Ros. e Contrahendo incestas nuptias. ] Item de penis contrahentis incestas nuptias, vide per Ludouic. Carret. in pract. crimin. s. Homic. 6. nu. 316. ubi relatiuè. Giach.

f Ego vidi. ] Farinac. ubi sup. nu. 76. 78. & d. par. 1. nu. 30. 31. 32. 63. & 64. 103. 107. Ros. g Et scias. ] Far. d. i. p. nu. 127. 132. & seq. Ros. h In nuptijs. ] Farin. d. 1. par. num. 40. 41. 44. 57. 59. 83. 84. 85. & 118. Ros. i Et hanc opinionem dicit esse communem, probabiliorum, & c. ] Adde, quod hanc opinionem tenuit etiam Angul. in consil. 7. volum. 1. & D. Franchus in decit. 240. nu. 15. vol. 2. ubi late, & concludit secundum causam iudicandum esse, scilicet, quod crimen incestus de iure canonico non puniatur pena incestus de iure civili. Baiar. k Largo modo incestis. ] Farin. d. par. 1. num. 48. 49. & 50. Ros.

1 Contrariam autem.) Farin. d. q. 2. num. 127. Ros. m Haec autem pena.) Farin. d. 2. par. num. 157. Ros. n Quinimod pena.) Farin. d. q. 249. par. 3. num. 161. & seq. & 189. Ros. o Sed pone.) Farin. d. 3. par. num. 65. 198. 199. & seq. Ros.

decif. 264. nu. 27. Et re vera quotidie videmus in hac forma contrahi matrimonia, propterea ab hac opin. nullo modo esset in practica recedendum.

8 Haec autem pena incestas nuptiarum non habet locum in sponsalibus, sed requiritur, quod matrimonium sit carnali copula consummatum. Et hanc dicit esse communem opin. Viuius in d. versic. Matrimonium contrahentes, in 1. limitat.

9 Excusatur incestum committens, ubicunque appareat, quod ipse ignoraret factum. Et haec est communis opin. ut dicit Bald. Nouel. de dote, in 1. parte vndecima partis princ. numero 8. & prout illum refert Villalob. in sua colle-

leg. 1. prout illum refert Didac. in epito. super 4. decret. folio 31. post nu. 7. & Viuius in lib. communium opinion. in verb. Matrimonium contrahentes. Contrariam autem sententiam, s. quod sub ea conditione possit matrimonium contrahi, tenuit Anto. de Burt. in d. cap. super eo. Et haec opin. de consuetudine obseruatur, ut attestatur Boer. decis. 264. nu. 27.

8 Haec autem pena incestas nuptiarum non habet locum in sponsalibus, sed requiritur, quod matrimonium sit carnali copula consummatum. Et hanc dicit esse communem opin. Viuius in d. versic. Matrimonium contrahentes, in 1. limitat.

9 Excusatur incestum committens, ubicunque appareat, quod ipse ignoraret factum. Et haec est communis opin. ut dicit Bald. Nouel. de dote, in 1. parte vndecima partis princ. numero 8. & prout illum refert Villalob. in sua colle-

Est communium opinio. in littera P. numero 68. Didac. super 4. decretal. fol. 99. post numerum 22. Quinimod pena amissionis honorum non habet locum, ubi in ipsis contrahentibus fuisset ignorantia iuris, vel facti, etiam ex crassa, & lata culpa. ita dixit Bari. in l. si adulterium cum incestu. in princ. numero 11. ff. de adult. Et est communis opin. ut attestatur Didac. in loco praalleg. numero 21.

10 Sed pone, quod aliqui a principio bona fide incestas nuptias contraxerint, de inde fuit detecta consanguinitas: ipsi vero (eo non obstante) perseverauerunt: nunquid dicentur incidisse in penas a legibus, & canonibus impositas ijs, qui incestas nuptias contrahunt? Respon. quod non. ita tenuit Glo. in Clemen. unica, in verbo, Scienter, de consanguin. quam approbant Doctores, ut ait Didacus in loco praallegato, num. 19.

11 Quero etiam, an Iudaei contrahentes inter se nuptias in gradu prohibito secundum ius civile, sed permissio a lege Mosaica, puniendi sint pena incestus. Respon. quod non: nam quicquid sit de iure, Iudaei non seruant dispositionem, l. nemo, la 1. C. de Iudaeis, ut attestantur Scribentes in ca. l. nemo, & in specie Fulgos. & Ang. prout illo refert Barb. qui ita consuluit in consilio 13. numero 2. libro 4.

An fiat volenti, & quis possit agere pro fisco, & cui credendum, num. eod.

8 Aliquid alicui obijciens quando teneatur iniuriarum.

9 Iniuriosa verba eodem impetu dicta licet sint plura, faciunt unum conuictum.

10 Et quid in statuto imponente penam pro quolibet verbo iniurioso.

11 Et quid si statutum puniret iniuriantem pro qualibet vice.

12 Iniuriosa verba, quae dicuntur, remissiuè.

13 Iniuria atrox quae, remissiuè.

14 Iniuria per verba impersonalia quonam pacto fiat remissiuè. Iniuria an reproperetur animo vindicandi, vel defendendi quomodo cognoscatur, remissiuè. nu. eod. Iniuriatus non potest reproperare iniuriati maiorem, vel si militem iniuriam, nu. eod.

15 Iniuria fit, quibuscunque verbis offendatur, vel grauetur opinio alterius.

16 Iniuria verbalis quando fiat absenti, remissiuè. Iniuria fit etiam verbis subdole dictis, & indirectis, etià risu, & nutu, nu. eod.

17 Iniuria dicitur etiam verbalis, quae fit per scripturam.

18 Iniuria minor est, si in genere fiat, quam si in specie, & nominatim.

19 Iniuria, eiusque remissio quomodo probetur, remissiuè.

20 Iniuria non fit sine dolo.

21 Verba tu falsum dicis, an presumantur dolose prolata, & animo iniurandi.

22 Verba tu bonus homo, an sint iniuriosa, remissiuè.

23 Carcerari faciens non suspectum de fuga, quomodo excusetur ab iniuria.

24 Appellans si contra iudicem a quo verba iniuriosa dixerit in libello, notatur infamia, & ab eodè iudice sine processu ex traordinariè punitur.

25 Et quid si sententiam iniustam, vel iniquam dixerit.

26 Iniuria fit iudici, dicendo, al iudicato ti voglio.

27 Iniuriarum non tenetur officialis iniuriosum verbum profertens, animo corrigendi.

28 Iniuriarum tenetur iudici allegans eum suspectum, nec probans suspicionis causam.

29 Iniuriam non tenetur asserens, se nobiliorem, & probiorem altero.

30 Statutus contra iniuriantem non comprehendit eum, qui iniuriam, & pessimum hominem alterum appellauerit.

§. INIURIA.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Iniuriam pluribus modis fieri. Quid intersit inter verberare, & pulsare,
- 2 Intrans in agrum meum causa venandi, me inuito, an dicitur mihi iniuriam facere.
- 3 Iniuria facta vxori, an censetur facta viro.
- 4 Ex iniuria duplex actio oritur, civilis, & criminalis.
- 5 Et an in bello iniuriarum ponendus sit mensis, & annus, & locus illate iniuriae.
- 6 Et an requiratur, quod in libello taxetur iniuria astimatio.
- 7 Iniuria pena quae sit.
- 8 Et an condemnatus actione iniuriarum efficiatur infamis.
- 9 Actio iniuriarum, an praescribatur anno. Et an ille annus sit continuus, ibid.
- 10 Iniuria an tollatur per mutuam conuersationem.
- 11 Et an tollatur per remissionem.
- 12 Iniuriam faciens an possit se excusare, dicendo, quod non habeat animum iniurandi.
- 13 Et quid si in eodem actu, quo iniuriam intulit, fuerit protestatus, quod nolebat iniuriam facere.
- 14 Et quid si fuerat primo ipse prouocatus.
- 15 Et quid si probet iniuriam fuisse veram.
- 16 Et quid si dicat se iniuriam intulisse calore iracundiae, & protestatur se poenitere.

Ex Additionibus.

- 1 Iniuria infertur etiam per actum pro ximum verberationis.
- 2 Iniuriam personalem facit retinens equum freno, licet equitatem non percutiat.
- 3 Iniuria fit etiam facto, apponendo cornua, vel aliud infamatorium.
- 4 Iniuria personalis, & verbalis exempla, remissiuè.
- 5 Iniuria certa pena dari non potest.
- 6 Iniuria committitur etiam facta in praecedendo minus legitime.
- 7 Et eo casu potest resisti armata manu. Iniuriarum actione in multis casibus agi potest nu. eod. Iulij Clari Sentent. Pract. Crimin.

- 19 Iniuria, eiusque remissio quomodo probetur, remissiuè.
- 20 Iniuria non fit sine dolo.
- 21 Verba tu falsum dicis, an presumantur dolose prolata, & animo iniurandi.
- 22 Verba tu bonus homo, an sint iniuriosa, remissiuè.
- 23 Carcerari faciens non suspectum de fuga, quomodo excusetur ab iniuria.
- 24 Appellans si contra iudicem a quo verba iniuriosa dixerit in libello, notatur infamia, & ab eodè iudice sine processu ex traordinariè punitur.
- 25 Et quid si sententiam iniustam, vel iniquam dixerit.
- 26 Iniuria fit iudici, dicendo, al iudicato ti voglio.
- 27 Iniuriarum non tenetur officialis iniuriosum verbum profertens, animo corrigendi.
- 28 Iniuriarum tenetur iudici allegans eum suspectum, nec probans suspicionis causam.
- 29 Iniuriam non tenetur asserens, se nobiliorem, & probiorem altero.
- 30 Statutus contra iniuriantem non comprehendit eum, qui iniuriam, & pessimum hominem alterum appellauerit.



- 31 Iniuriarum non tenetur dicens, tu es impudens.
- 32 Penalit promissio de non offendendo in personam non comitatur per iniuriam verbalem.
- 33 Iniuria est dicere, Tu non ci vedi?
- 34 Iniuria infertur ex minus.
- 35 Statutum contra iniuriantem comprehendit eum, qui in supplicatione hominem malae conditionis, & famae alterum dixerit.
- 36 Et habet etiam locum contra scribentem iniuriam.
- 37 Et si puniret dicentem aliter: verba iniuriosa, non comprehendit loquentem contra absentem.
- 38 Iniuria facta vni de familia omnibus facta intelligitur. Et an etiam omnibus consanguineis quarum, vel vterioris gradus, & agnatis, num. eod.
- 39 Et quibus eorum competat actio iniuriarum civilis, vel criminalis.
- 40 Iniuria facta colono, procuratori, negotiorum gestori, vel familiarum, an possint agere Dominus, & principalis. Iniuria facta vni de collegio an omnibus facta censetur remissive, num. eod.
- 41 Et Clericus, vel alij de domo, aut familia possunt agere pro iniuria ipsis illata si clericus, vel vnus de domo, aut familia se verberibus subiecerit.
- 42 Iniuriarum non tenetur vocans meretricem meretricem emendatam.
- 43 Iniuriarum tenetur delens insignia familiae, & arbitrio iudicis punitur, etiam si illa in pristinum restituerit. Iniuriam quomodo faciat ingrediens alienum fundum veniendi causa; & a quibus possit venatio prohiberi, ibid.
- 44 Iniuria vni illata quando eius coniunctis facta dicatur, remissive.
- 45 Iniuria aestimatio quomodo sit facienda, remissive. Iniuriarum actione agitur etiam pro verbis, quae quoad se iniuriam non sonant, ibid. Iniuriatus potest agere non solum criminaliter, & civiliter, sed quandoque, etiam ad damna, expensas, & interesse. ibidem. Et in quibus personis deformitas, vel cicatrix patris debeat per Iudicem aestimari, ibid. Pro iniuria, ex qua sequitur mors, non agitur nisi criminaliter, ibid. Et quomodo Iudex procedat ad commodum partis offensae, & fisci, ibid.
- 46 Iniuria taxatio differt a taxatione damnorum, & quo pacto utraque fieri debeat.
- 47 Iniuriarum libellus procedit etiam si plures aestimetur iniuria quam habeatur in bonis. Et quando procedatur in Regno Neap. ibid.
- 48 Iniuriarum gradus, & pena, remissive. Iudex an teneatur condemnare iniuriantem ad satisfactionem

- nem honoris, ibidem.
- 49 Iniuria illata Doctori punitur, l. Julia de vi pub.
- 50 Iniuria ex consilio facta grauior censetur. Iniuria personis Ecclesiasticis facta quatuor concurrentibus morte punitur, ibid. Iniurians an teneatur iniuriato ad satisfactionem iniuriae, siue honoris, ibidem.
- 51 Iniuriarum actione condemnatus an efficiatur infamis.
- 52 Iniuria quando inferatur Magistrati, & quomodo debeat emendari.
- 53 Iniuriarum actio criminalis quanto tempore praescribatur.
- 54 Et quid de act. one civilis.
- 55 Iniuriarum actio criminalis, nec heredi, neq; in heredem datur, licet possit cedi.
- 56 Iniuriarum praescriptio ante, & post liem contestatam opponitur. Et in vim dilatoriae opposita impedit litem ingressum, n. eod.
- 57 Iniuria per metum illata anno vt li praescribatur.
- 58 Iniuria ex quibus actibus censetur emissa.
- 59 Et remissio tacita operatur ad impediendam accusationem, si cui expressa. Et in Regno Neap. debet fieri expresse, & in iudicio, n. eod.
- 60 Iniuriam inferens, nec iure iurando excusatur, quin fecerit an. mo iniurandi.
- 61 Iniuria an possit renouari.
- 62 Iniuriarum an teneatur erga Notarium qui supplicando Principi, negauerit, donationem fuisse factam in testamento, vel publicatam.
- 63 Et quid si in supplici l. bello aliquid asseruerit in aliorum iniuriam suppressis nominibus.
- 64 Statutum de iniurijs non comprehendit dantem mentitam etiam in iudicio pro defensione sui honoris.
- 65 Iniurijs verbis prouocatus, an possit iniurijs respondere, dare mentitam, vel alapam. Mentita quando est prohibita, punitur, etiam quod sit dictum saluo honore tuo, n. eod.
- 66 Iniuriam verbalem au armis repellere liceat, remissive.
- 67 Mentita quando sit licita in foro conscientiae.
- 68 Iniuriarum actio quando competat socio iniuriati.
- 69 Et quid si verum dicitur.
- 70 Iniuriarum an teneatur vocans alterum bastardum, vel excommunicatum, post quam fuerat legitimatus, vel absolutus.
- 71 Iniuriarum an possit agi pro iniuria vera, cuius detectio concernit bonum publicum remissive.
- 72 Et quid si obijciatur crimen alicuius post restitutionem Principis.
- 73 Vsq; ad litem contestationem iniuria renouari potest per praesentiam.
- 74 Iniuria verbalis an tollatur per renouationem verborum iniuriarum.



ADDITIONES ad §. Iniuria.

- 2 **I**NIURIA. ] Iniuria generaliter, & specialiter quid significet Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 1. c. vltim. siue 17. Quid sit, quomodo in iure sumatur, quando, & quomodo inferatur, & alia plura Vigell. M. R. I. lib. 5. cap. 10. de iniuriarum actione reg. 32. vsque ad 51. Far. 4. vol. q. 105. insp. 1. Item inspect. 3. num. 83. 84. & 85. & quando atroc vel leuis inspect. 4. num. 175. & quomodo veritas excuset, inspect. 5. num. 219. & quando iniuria vni facta alteri etiam illata censetur inspect. 6. num. 253. De iniuria illata patrocini inspect. 7. numer. 306. De maledicente Principi inspect. 10. num. 389. De libello famoso, num. 401. Addas Bosium titul. de iniurijs, Plazam, cap. 1. & 2. nu. 19. & 20. & c. 3. 4. 5. 6. & 7. Alia Vulpell. consil. 67. num. 2. quid sit coram Principe atrocem dixerit, aut Iudice Bertazol. consil. 168. num. 20. lib. 1. Quid si in genere, idem consil. 237. num. 60. Vel in memoriali. Farin. d. loco, num. 5. videndus erit Bald. consil. 35. libr. 5. vbi Roucicala, & Farin. d. q. 105. nu. 5. & 6. vel Simoniacum, aut haereticum Contad. tit. de iniur. num. 9. fol. 404. Velfurfante, Bonacossa in 2. part. comm. vers. iniuriam passus. Sed si dicatur alicui sum animosior te, non sit iniuria, vt ibi per eum, num. 161. in verbo iniuriosum verbum. Quid si se iactando dicat non adulteraui, non feci homicidium, per eundem in prima par. in verbo iniuriosa verba. Quid si dicat al. sindicato vt voglio, Baiard. infra. Vel si appelletur caecus, mutus, vel claudus. Bonacossa in p. par. vers. iniuriarum actione, vbi etiam de obloquente, vel contumtum de abiente proferente. Quid si apposerit alicui crimen, de quo iam si liberatus. Passerius consil. 183. Quid si plures iniuriae dicantur. Baiard. hic nu. 8. cum pluribus seq. videndus erit Bertazol. consil. 237. lib. 1. num. 7. Bald. consil. 361. lib. 4. Res.
- 1 **I**niuria pluribus modis committitur. ] Adde, quod non solum per verberationem inferitur iniuria, sed etiam per alium proximum, puta, eleuando manum, minando verberare; Et ideo potest agi actione iniuriarum, Guid. Papa decisione 12. Brun. consilio 134. & Viui. decision. 161. in princ.
- 2 Item adde, quod retinens equum franco, quamuis equitantem non percutiat, dicitur iniuriam inferre, & personaliter offendere. ita affirmat Vulpell. in tractato de pace, quaest. 92.
- 3 Item adde, quod factio etiam committitur iniuria, apponendo cornua, vel aliud infamatorium, & comperit actio iniuriarum, tex. est in lege Constitutionibus, ff. de iniur. quem ad hoc allegat Firman. in repertorio suo in verbo actio iniuriarum. Et in hac materia iniuriarum vide Fabius Montel. de arbit. parte 4. folio 367. vbi ponit exempla iniuriae personalis quinque modis; & etiam multa verbalis iniuriae exempla, & praesertim de mentita, & si ibi etiam dicit, quod de iniurijs non potest dari certa poena, cum ex varietate locorum, temporum, personarum, & factorum ipsae quoque poena variari soleant.
- 6 Item adde, quod factio etiam committitur in iuria, si vnus procedat alium, qui secundum eius dignitatem non debebat illi praefecti, Bald. in l. obseruare, §. antequam, ff. de offic. proconsul. licet contrarium tenuerit Ioan. Fab. in lege aliam. ff. de bon. poss. immo Bald. ibi plus dicit, quod licet resistere de facto armata manu, quia nemo tenetur

iniuriam pati; maxime secundum eum, si sit in quasi possessione, ratione consuetudinis existentis in loco. Et ita tenet etiam Cassan. in consuetudine Burgun. fol. 850 nu. 17. cum sequen.

Item adde, quod in multis alijs casibus potest agi actione iniuriarum, vt Afflictus in titulo de pace iuramento firmand. §. iniuria, numero 23. vbi infinitos casus enumerauit: & ideo ad eius dicta te remitto.

Item adde an iniuria fiat volenti, & an tunc agi possit per iniuriatum, vel per Iudicem ad fauorem fisci, & an credatur ei, cui iniuria fuit facta, dicenti de voluntate sua sibi factam fuisse iniuriam, late per Boss. in titulo de iniur. numer. 14. cum sequen. & Gramm. decisione 37. numer. decimotertio, vbi tenet, quod Iudex ex officio procedere potest ad fauorem fisci, etiam quod iniuria volenti facta fuisset.

Item adde, quod si vnus de domo, & familia voluntarie se subiecerit vulneribus alterius, poterunt alij de dicta domo, & familia agere pro iniuria sic illata sibi in alterum. Socin. in capitulo cum contingat, num. 10. de sent. excommuni. & ibi dicit idem esse de clerico. Baiard.

b Verbo, puta, si quis. ] Adde, quod iniuria dicitur inferri, etiam quando alicui dicitur, quod est spurius, & natus ex monacho, Gloss. Bartol. & Doct. in lege turpia, ff. de legatis 1. & fuit originale dictum Azon. in summa, & de infam. & idem dicit Roman. eius consilio 96. numero 2. Ang. tamen de Aret. in §. 1. post numer. 4. Institut. de iniur. not. ex Glossa ibi, quod quoties aliquid alicui impropere, vel obijcio, quod interest Reipubl. sciri: Si verum dicam, non teneor iniuriarum; vt si dixerit, tu fuisti mitratus pro falso, vt possis euitari in testem, vel dico, quod tu es spurius, vt non admittaris ad honores. Interest etenim Reipubl. sciri, & commoueri: late per Alexandr. in lege & si perpererit, numero 6. ff. de libert. & posthum. fecus si dicam, quod Reipubl. non interest sciri, vt si dico, quod es caecus, vel tignosus, quia tunc teneor: & ista est veritas. vt subiungit Aret. ibi, licet dicat Ioan. Fab. ibi tenere contrarium, & vide etiam Boss. titulo de iniur. publ. numero tertio. Similiter dicens alicui: Tader me, quod fueris condemnatus de falso, vel alio delicto: tamen si praemittat, tader me tamen tenetur iniuriarum actione, quia praesumitur id dicere animo iniuriandi, per Ias. dicta lege turpia, numero decimoprimo, & in lege morte, ante numerum 48. ff. de nou. ope. nunciat. Ripa. in capir. cum M. Ferrariensis, de consil. ante numerum 90. Similiter dicens alicui iniuriam; quae in eo non sit vera, sed in socio, qui secum erat, poterit ille socius agere iniuriarum actione; quoniam praesumitur dixisse illa ad illius iniuriam; licet verba dixerit ad alium, quia non inspicitur, cum quo quis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigitur, per Boerium consilio tertio numero quarto, Contad. in praetor. fol. mihi 403. Item si aliquis alicui dicat, plus valet pilus mei equi, quam capilli tui. tex. & ibi dominus Antonius in capitulo cum te. de re iudic. & tradit Ias. dicta lege Turpia, numero octauo. Similiter si dicatur alicui, quod sit Rauagliosus, vel quod uxor sua commiserit adulterium, ut per Roman. consilio 183. & Ias. dicta lege Turpia num. 9. Similiter iniuriarum actione tenetur dicens alicui, quod est vsuriarius, animo tamen iniuriandi, si id dicat in publico loco, puta vniuersitatis, vt per Crauet. in consil. 141. num. 1. Similiter procurator Principis, vel fisci indebite aliquem vexans tenetur iniuriarum actione: vt per Crauet. Consilio 168. in secundo dub. Similiter vocans; M 2 aliquem